



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Ad Quæst. 21. Part. 5. Decisio CXXIV. Episcopus potest in qualibet Ecclesia  
suæ Diœcesis, quamvis Regulari & exemptâ celebrare divina officia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

ria 3. Martii proximi præteriti, §. hanc verò unionem coram R.P.D. meo Verosio.  
Stante igitur unione præfatâ indubitatum est, Ecclesiam, de qua agitur, esse exemptam à jurisdictione Ordinarii, & jus illam conferendi, spectare ad Eminentissimum Abbatem, & Comendatarium absque alio concursu, ut declarat Gonz. de reg. Cancell. gloss. 25. num. 21. Lothar. de re benef. lib. 2. quæst. 21. num. 139. Rota coram. Eminentissimo Otthob. decis. 125. num. 1. & in nullius, seu Sancti Severini Parochialis, 12. Januarii 1660. coram R.P.D. meo Bevilacqua.

Et ita utraque parte informante, &c.

Ad Quæst. 21. Part. 5.

DECISIO CXXIV.

Episcopus potest in qualibet Ecclesia suæ Diocesis, quamvis Regulari & exemptâ celebrare divina officia.

R. P. D. P E G N A.  
Mediolanen. Jurisdictionis.

Veneris 30. Januarii 1609.

Decisio 238.  
par. 2. recens.

S U M M A R I U M.

- 1 Manuentio debet dari ei qui possidet de tempore litis.
- 2 Consuetudo habens assensum iuris debet attendi.
- 3 Episcopus potest celebrare officia Divina etiam in Ecclesiis exemptis, § num. 4.
- 5 Testes plures numero & digniores aliis præferuntur.

Intro-

I Ntroducā licite inter Abbatem, & Monachos Monasterii Sancti Ambrosii Me-  
 diolanens. ex una, & Præpositum, & Canonicos ejusdem Ecclesiæ ex altera lu-  
 per dominio & pertinentiâ Ecclesiæ, & usu mitræ, & baculi dicti Abbatibus, con-  
 fectisque inter eos processibus primò coram Episcopo Papiensi, & deinde in Rota,  
 ut ultimo loco, & tempore videbitur. Interim Abbate, & Monachis prætendenti-  
 bus post celebratas solemnes Vesperas vigiliarum Sanctorum Ambrosii, & Ger-  
 sili & Protasii, & Missam Festi, amovendum Baldachinum, & sedem Archiepisco-  
 palem, ubi Archiepiscopus, si volebat, celebraturus sedebat, citato Archiepiscopo,  
 & suo legitimo Procuratore comparente, & informante dubitavi; An post cele-  
 bratas Missas solemnes per Dominum Archiepiscopum in prædicta Ecclesia San-  
 cti Ambrosii, essent Baldachinum, & sedes amovenda ad effectum, ut Abbas in eo-  
 dem loco, cum Baculo, & Mitra secundas Vesperas celebrare posset. Et quoniam  
 pro parte Archiepiscopi fuit habitus recursus ad Sanctissimum Dominum nostrum  
 Paulum Papam V. & expositum, quod Archiepiscopus gravabatur in dubio dato  
 ex eo, quod ipse prætendebat, se esse in possessione non amovendi Baldachinum, &  
 sedem, de quo prius erat videndum, & Sanctissimus rescripserat, ut eum informa-  
 rem, idque 27. Decembris anni 1608. fecisset, audit à relatione Sanctissimi ordi-  
 navit, quod disputaretur dubium jam datum, strictè tamen quoad possessorium;  
 quo utraque parte informante Rota censuit, sedem non esse amovendam in se-  
 cundis Vesperis. Cum enim ex Ordine Sanctissimi dubium disputaretur strictè quoad  
 possessorium, & nedum tempore motæ litis, sed longè etiam antea tempore bon-  
 mem, Caroli Card. Borromæi, Archiepiscopus esset in possessione retinendi se-  
 dem prædictam toto die Festivitatis, usque ad occasum Solis in prædicta Ecclesia  
 S. Ambrosii, Nam his fuit introducā post obitum Caroli, anno videlicet 1587.  
 coram Ordinario Papiensi, Archiepiscopus proci dubio veniebat manutenendus,  
 §. *retinenda insunt. de interditi leg. 1. ff. uti possidetis*. Testes enim Archiepisco-  
 pi, & plures numero, & qualitate, & Ordine digniores, erant enim pro majori  
 parte Clerici, & ideò præferendi Testibus Abbatis, qui uno tantum excepto, e-  
 rant laici, *cap. in nostra, de Testibus*, de ea consuetudine testificabantur, notum  
 verò est in hac materia Prælationum, prærogatarum, & præminentiarum, recur-  
 rendum ad consuetudinem, eamque esse attendendam, *Rota decis. 4. incip. fuit du-  
 buatum num. 1. in fin. vers. ego verò dicebam & num. 2. & 3. de electione in novis,*  
*Felinus in cap. Pastoralis, num. 9. vers. Et tunc aut consuetudo est. de offic. delegati.*  
*Bal. in cap. cum olim, num. 1. & 2. de consuetud. Nat. consil. 577. incip. extante con-*  
*suetudine num. 3. lib. 3.*

Præterea cum ista consuetudine concurrebat assistentia juris communis; E-  
 piscopi enim in sua Diocesi habent fundatam intentionem. *Capit. omnes Basiliæ.*  
*16. quæst. 7. Verall. decis. 201. incip. manuteneri debet. parte 2. Oldrad. consil. 274.*  
*incip.*

incip. in causa qua vertitur super Diocesano jure, num. 1. versic. Et sic de jure communi, quod de jure communi procedit, etiam respectu Monasteriorum, & Regularium. Capit. Abbas. il. 2. Et capit. Abbates 18. quest. 2. Et saepe fuit resolutum in Rota, Et signanter in causa Augustana exemptionis, coram Robustero, Et in causa Casar. Augustana exemptionis, coram Orano, Et nuper copiose in causa Montis Regalis jurisdictionis, coram Domino Coccino. quod est indubitabile, nisi aliquo speciali privilegio ab ejus jurisdictione eximantur. Cap. cum Et plantare. de privileg. gloss. in d. cap. omnes Basilica in verb. potestate. 16. quest. 7.

Et respectu divinorum Pontificaliter celebrandorum explorati juris est, Episcopos in quacunque Ecclesia etiam exempta suae Diocesis ea celebrare posse. Clem. 2. de privileg. ubi Zabarell. num. 5. in fin. vers. ex hoc inferitur, Et d. simili num. 5. vers. quinto quero Et Imola num. 4. Et 10. Lopus Abbas in princip. Et Bonifacius Vualin. num. 13. versicul. nam in loco exempto. Pavinus Tract. de visitatione. parte 2. quest. 3. n. 9. versic. poterunt enim. Paulus Fuscus. lib. de visitat. Et regimine Ecclesiarum cap. 8. num. 5. Unde inferitur, posse sedem Pontificalem ad divina celebranda constituitur, Bonifacius dicta Clementina. 2. num. 30. vers. ratio decidendi est.

Demum accedebat ratio viva, & efficax, quia huic Archiepiscopo patebat liber accessus ad celebrandas primas vesperas, & die sequenti ad cantandam Missam, eodem modo si ei libebat, accedere poterat ad secundas vesperas, unde non erat remota sedes, & eo maxime, quia licet Abbas praeponderet Archiepiscopum non posse accedere ad secundas Vesperas, id tamen non probabat, neque edebat privilegium, quod prohiberetur accedere, juxta glossam praedictam in d. cap. omnes Basilica. 16. quest. 7.

Neque huic decisioni obstabant testes pro Monachis examinati, affirmantes, tempore praedecessorum Domini Archiepiscopi viventis sedes, post Missam cantatam fuerat amota. Quia fuit responsum quid praeterquam, quod non probabant contra Cardinalem non citatum, in eorum examine non erant praefereudi testibus Archiepiscopi, qui & plures erant numero, & digniores, & magis conformia juri communi testificabantur, nec refragabatur simile de sede Pontificia amoveri solita, vel ab Ecclesia S. Joannis Lateranensis, vel ab Ecclesia S. Mariae Majoris, vel ab Ecclesia statim postquam Papa Missam celebravit: quia dicebatur quod praeterquam, quod non satis videbatur ad propositum hujusmodi Papae exemplum commemorare, amotio Sedis Papalis fiebat à ministris Papae, non autem necessitate aliqua sua, vel alio compellente; Et adverso proponebatur exemplum de Cardinalibus in Ecclesiis suis titularibus celebrantibus, ubi per diem integrum Festivitatis, & Baldachinum, & sedes remanebant, Ex praedictis inferebatur istum statum, quem Archiepiscopus praevidebat per litem introductam de anno 1587. non fuisse attentatam, quia lis solum fuerat introducta inter Regulares, & Canonicos, & Clericos

Clericos seculares Ecclesie Sancti Ambrosii, quæ non videbatur Archiepiscopum comprehendere, cætera quæ commemorabantur, vel circa dominium, vel circa exceptionem Ecclesie vix ad hunc articulum pertinebant, vel cum respicerent petitionem, vel prætensionem inter Monachos, & Clericos seculares ejusdem Ecclesie.

Ad Quæst. 28.

DECISIO CXXV.

Episcopus habet fundatam intentionem jurisdictionis in sua Diocesi contra Archi-Presbyterum prætendentem habere jurisdictionem in præjudicium Episcopi.

R. P. D. COCCINO.

Baren. Jurisdictionis.

Lunæ 16. Februarii 1609.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus habet fundatam intentionem jurisdictionis in terris in sua Diocesi existentibus.
- 2 Sententia verba ubi sunt ambigua, interpretantur ex libello & petitione.
- 3 Diffinitio dicitur odiosa, quæ est contra dispositionem juris communis.
- 4 Sententia est stricti juris, & nihil amplius probat, quàm quod ex eadem necessario inferitur.
- 5 Diffinitio correctoria juris communis sufficit, ut aliquid operetur, & ut minus corrigat jus commune quàm sit possibile.
- 6 Episcopus de iure communi habet facultatem instituendi presentatos in iure patronatus.
- 7 Dicitio prout hætenus consuetum est, fiat conditionaliter, quatenus sit consuetum.

Prout